



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Oswaldus Rex C. 5. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

g.
pe
t,
it
e
m
i-
-
ni
ut
la
a
is
es
as
o-
ge
-
n
l-
a
r
n-
5. Aug. VITÆ SANCTORUM. 487
scribo. Eja igitur Virgo, tu sola jam
tabulas imple. Filio si careo, certe tu
non cares, qui cum animum æternum
oblectem. Audiit JOANNEM MARIA,
& assens omnem in montem Exquili-
num conferre jussit remplo exadificando
eo in loco, quem postero mane nivibus
insignein esset factura. Et erat tunc æstus
longè maximus & facilius utique gran-
dinem quam nives daturus. Adit tamen
JOANNES locum, & reperit undique
niveo vellere vestitum. Sed & Liberius
Pont. Max. in somno à VIRGINEMO-
nitus accedit & fundamenta templi ja-
cit, quod per omnem orbem hodie cla-
rum MARIÆ MAIORIS nomen gerit.
Miraris, Sodalis, miraculum? laudas
templum? At tu castas ostendesis mihi
in animis nives plures; plura ego VIRGI-
NIS templa monstrabo. *Ex Brev.*

Merito in te ô Maria virgo respiciunt o-
culi totius creaturæ, quia in te, & per te,
& de te benigna manus? Omnipotentis
quicquid creaverat, recreavit. S. Bern.
serm. 2. in festo Pentecost.

S. OSWALDUS REX C. 5. Augusti.

Purpuram quibus tingunt, etiam OS-
WALDUM laudabunt, Anglia Regem,
qui suam suo iterum sanguine tin-
xit. Dubium plane reliquit, an Christi
hostes vicerit, an ab his victus deinde sit
Hh 4 glo-

488 VITÆ SANCTORUM. 5. Ang.
gloriōsius. Pugnaturus cum parvâ ma-
nu contra ingentes Britonum copias,
trophæum tamen ausus est ante victo-
riam ponere Crucem, quam adorasse illi
cum suis, vicensse fuit. Abhinc regni
Christiani proferendi cupidissimus di-
gnum rege munus est arbitratus, dicenti
ad populum Aidano Antistiti interpre-
tem assistere. Pium animum illud prodit,
quod sub solemnies paschatis dies non
modò qui mensæ illatierant, cibos, sed
ipsam etiam argenteam lancem in frusta
cadere & absumi à rogatoribus voluerit.
Aidanus, quem tum mensæ adhibuerat
Oswaldus, tam benignam manum am-
plexatus atque exosculatus fertur jussisse
nunquam exinde putrescere. Et parere
hæc visa est, cum cæso sub annum DC.
LII. à Barbaris domino, loco infami una
cum capite suspensa annum integrum in-
tegra (uti & deinceps) perduravit. Ipse
Oswaldus tunc quoque cum in acie oc-
cumberet, supinis pro more in cælum
manibus orare in genibus deprehensus
est, eodemque loco ad hominis altitudi-
nem egesta humus omnes morbos vicit,
ut vel ideo voluisse illic cadere **Oswal-**
dus videatur, quo ægri tot inde surge-
rent. Ex Sur. & Gras.

Viderationem; facile judicabis parrici-
diali criminis contemni pauperes nostro arbit-
rio, quos nullo videmus à nobis Dæi opere
discritos. S. Paulin. ad Aletium ep. 31.

S. AFRA.